

consensu fratrum nostrorum decimam XVII scocorum siliginis et totidem avenae sitam in villis Maswiz¹⁾, Belen, Scokowe, Dobirswiz²⁾, Sytin³⁾ et Heteilsdorf⁴⁾ pro reverentia beati Johannis evangelistae sanctique Donati martyris atque pontificis contulimus in augmentum et emendationem vicariae, quam beatae memoriae Gunzelinus olim Misnensis decanus in remedium suae animae in eadem ecclesia ordinavit, a persona, quae ad nominatam vicariam assumpta fuerit, perpetuo possidendam. Ut ergo haec nostra donatio indivulsa permaneat in futurum praesens scriptum nostri sigilli robore fecimus communiri. Huius rei testes sunt Heinricus praepositus summus, Siffridus decauns, Euerhardus, Albertus praepositus Wurzinensis, Conradus de Nuzzin, magister Waltherus, Vlricus praepositus Budisinensis, magister Erpho, Heinricus de Lubene, Albertus de Vrobure, magister Alexander, Siffridus praepositus de Indagine, Hertwicus praepositus de Surnzek, praeterea Siffridus de Mugelin, Johannes Kezzilhut milites et alii quam plures. Actum Misnae anno dominicae incarnationis M^o. CC^o. XLVI^o. indictione quinta VI. Idus Januarii.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit dem Siegel des Bischofs an gelben und rothen seidenen Fäden.

1) Maaschwitz, Par. Collmen. 2) Böhlen, Zschochau, Doberschwitz, Par. Altleisnig. 3) Sitten bei Leisnig. 4) Hetzdorf, Par. Tragnitz.

No. 137. 1246. 27. Jan.

P. Innocenz IV. beauftragt den Abt und den Prior des Petersklosters in der Vorstadt Altenburg bei Merseburg den Beweggrund zu erörtern, wesshalb der Erzbischof von Magdeburg die Stadt und Diöcese Meissen mit dem Interdict belegt habe, und hiernach weiter zu verfahren.

Innocentius episcopus servus servorum dei dilectis filiis . . abbati et . . priori sancti Petri in Aldebure Messeburgensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis venerabilis frater noster . . episcopus . . praepositus . . decanus et capitulum Misnense petitione monstrarunt, quod cum venerabilis frater noster . . archiepiscopus Magdeburgensis auctoritate ut dicebat litterarum apostolicarum civitatis et diocesis Misnensis ecclesias non expressa causa aliqua supposuisset pro suae voluntatis arbitrio ecclesiastico interdicto, quia idem archiepiscopus eis copiam litterarum ipsarum, quam numquam habuerant, facere contra iustitiam denegavit, ex parte ipsorum fuit ad nostram audientiam appellatum. Quocirca discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatinus vocatis qui fuerint evocandi et auditis hinc inde propositis, quod canonicum fuerit appellatione postposita statuatis, facientes quod decreveritis auctoritate nostra firmiter observari. Alioquin praefatum negotium ad ipsius archiepiscopi remittatis examen, appellantes in expensis legitimis condemnando. Testes autem qui fuerint nominati si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam appellatione cessante cogatis veritati testimonium perhibere. Datum Lugduni VI. Kal. Febr. pontificatus nostri anno tertio.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit dem Bleisiegel an hänfener Schnur.